

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Milicia i  
in editionibus 1493/5 & 1550 cum fonte primo

Nunquam enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit: sed incitantur paucis qui uitiorum coelumque impunitate sperant peccare cum plurimis: quod si ferri medicinam necessitas extrema persuaserit: rectius est more maiorum in auctores criminum uindicari: ut ad omnes metus ad paucos poena perueniat: laudabiliores tamen duces sunt quorum exercitum ad modestiam labor et usus instituit quam illi quorum milites ad obedientiam suppliciorum formido compellit.

Ibidem (Vegetius libro II.).

*Manipulus florum*, Militia i (Venetiis, 1493/5), sig.x2v.

Numquam enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit sed incitatur a paucis, qui vitiorum scelerumque impunitatem sperant peccare cum plurimis. Quod si ferri medicinam necessitas extrema persuaserit, rectius est more maiorum in auctores criminum vindicari, ut ad omnes metus, ad paucos poena perueniat. Laudabiliores tamen duces sunt quorum exercitum ad modestiam labor et usus instituit quam illi quorum milites ad oboedientiam suppliciorum formido compellit.

Publius Flavius Vegetius Renuatus, *Epitoma rei militaris*, 3, 4, 8-10 (M.D. Reeve ed., p.72, ll.7-17).

Nunquam enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit: sed incitantur paucis uitiorum scelorumque impunitate, sperant peccare cum plurimis, quod si ferri medicinam necessitas extrema persuaserit: rectius est more maiorum, in auctores criminum uindicari: ut ad omnes metus, ad paucos poena perueniat: laudabiliores tamen duces sunt, quorum exercitum ad modestiam, labor, et usus instituit, quam illi, quorum milites ad obedientiam suppliciorum formido compellit.

Ibidem (Vegetius) libro iij.

*Flores omnium fere doctorum*, Militia i (Venetiis, 1550), fol.317r-v.